



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

110. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Celso. Asten.
Coadiutoriae. Veneris 21. Iunii 1652.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

virum non extendi dixit Rot. *decif. 607. n. 24. & segg. par. 4. tom. 3. recent.* & de quo loquuntur alij ex aduerso allegati; non autem admittitur fauore mariti vxore præ mortuo, quia cum illi non suffragetur statutum, & de iure communi sit pœnitus illicitum, & interdictum huiusmodi fructus percipere nisi concurrentibus mora debitoris aliisque requisitis per *Castr. in l. 3. §. fin. ff. eo quod cert. loc. personalis* requiritur interpellatio probanda aliunde quam ex præsumptione resultantem ab aliquorum fructuum solutione, cum nec sufficeret quod partes confessæ expressè fuissent quod interpellatio præcesserit, ne aliàs aperiatur via usuraria prauitanti, vt bene comprobatur *decifio coram R. P. D. meo Cerro*, quia hæc præsumptio, & vltra ibi allegatos fuit dictum in supra citata *Seno gallien. Prædij §. nec venular. coram R. P. D. meo Mglitio*; & magis in puncto in *Rem. crediti dotalis 16. Martij 1646. non dubitari, & §. segg. coram R. P. D. meo Verospio*.

9. Non obstat quod saltem dd. solutiones possibile reddant quod interpellatio præcessit, idque satis sit ne illius negatiua in hoc iudicio repetitionis indebiti ab actoribus probanda, plenè vt debet probata dicatur, *Rot. decif. 38. n. 3. & segg. par. 5. recent. decif. 143. n. 26. & 27. par. 4. tom. 2.* Quia hæc posterior loquitur vt dicebam fauore viduæ in terminis statuti, alia verò in terminis laudi lati ab arbitrio qui extraiudicialiter se poterat informare, & informatum præsumitur; in aliis autem casibus cum requiritur interpellatio Iudicialis, actoris intentio etiam ad effectum repetendi indebitum probata dicitur, ex quo in processu de interpellatione non apparet vt in puncto respondit *Rot. in d. Rom. Crediti Dotalis 16. Martij 1646. §. nec debiti, §. seg. coram R. P. D. meo Verospio*.

10. Tandem nil facit quod creditor post mortem vxoris haberet occasiones proximæ emendi loca montium quia hoc non sufficit ad effectum lucri cessantis nisi simul debitor constitutus fuerit in mora; præter quod cum solutiones fructuum factæ non fuerint ex causa lucri cessantis, sed nominatim ex causa fructuum dotis ex alio capite sustineri non possunt, vt præter allegatos in *decifion. R. P. D. mei Cerri*, notat ferè in puncto *Civiac. contr. 540. sub n. 43. verum*, & facit *Grat. dispert. 911. n. 2.*

Et ita decilum vtraque parte informante.

DECISIO CX.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Celso.

Astèn. Coadiutoria.

Veneris 21. Iunij 1652.

§. 1. Censurunt DD. non intrare arbitrium pro retardanda executione literarum Apostolicarum, Nam cum illæ appareant iustificatæ, consequenter etiam veniunt exequendæ, vt in terminis clausulæ arbitrio dixit *Rot. coram Duran. decif. 98. & decif. 377. vtrique n. 1. & 2. & in recent. decif. 558. n. 2. part. 1. & firmatum fuit in Vican. Iurisdictionis 2. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro*.

2. Iustificatio manifestè apparet tam in iis, quæ respiciunt Coadiutum, quam in aliis, quæ concernunt personam Coadiutoris. Sicquidem quod Coadiutus præstitit consentium suum mediante persona Procuratoris ad id specialiter deputati patet ex Instrumento publico dato in *Sum. n. 3. & 4.* Quod ipse attingeret sexagesimum annum probatur ex fide Baptismatis formiter extracta *Sum. n. 7. Rota coram Buratt. dec. 116. n. 1. & dec. 365. n. 2. & in recent. decif. 138. eod. num. & dec. 260. n. 14. par. 6.*

3. Impotentia illius ad residendum attentæ infirmitate graui de tempore dæe supplicationis, ob quam passio post obitū constat ex fide Canonicoꝝ dicitur Cathedralis, quæ cum fuerit ex aduerso producta optime probat producentem, *cap. cum venerabilis de excepe. Salyc. in l. comparationis num. 13. C. de fid. Instrum. Aym. conf. 201. n. 5. Surd. conf. 151. n. 16. Rot. dec. 123. n. 5. par. 1. recent. & fuit dictum in Nouariem. Ecclesia 17. presentis mensis coram me.*

4. Et tamen huiusmodi impotentia residendi non erat necessario probanda, cum gratia Coadiutoria fuerit concessa tantummodo ob ingrauescentem ætatem, quæ bene verificatur in annis sexaginta expressis in eisdem litteris, vt notat *Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 2. num. 84. Barbos. in cap. pastoralis sub n. 6. de etric. egrot. in 6. Ricc. in collect. decif. par. 3. decif. 489. quod si conceditur, Rot. coram Verall. decif. 125. per totam decif. 130. n. 1. & decif. 311. par. 1.*

5. Respectu verò Coadiutoris iustificatio pariter est indubitata. Nam quod ipse aliunde commodè viuere possit probatur ex Instrumento assignationis patrimonij dato in *Summ. in 1. iuxta gloss. in cap. cum Vintoniensis 25. verb. admiserant. de elect. Sm. de aliment. tit. 7. §. 36. n. 1. & 2. Garz. de benef. par. 2. §. 5. n. 6.*

6. Valor Canoniciatus, & præbendæ expressis per non excessum in ducat, 24. computatis verò distributionibus quotidianis in ducat, 150. iustificatur ex confessione Patris facta in litteris suæ prouisionis, quæ bene suffragatur ad dictum effectum ex traditis per *Garz. de benef. par. 5. c. 3. n. 208. Rot. coram Buratt. decif. 300. n. 7. & coram Merlino decif. 157. n. 14. in fine. & in recent. decif. 101. num. 7. par. 1. cum aliis in Hydruntina Canoniciatus 25. Iunij 1649. coram Eminentijs. Card. Orshobono.*

7. Et quod idem Coadiutor obtineret Beneficium simplex in alia Ecclesia personalem residentiam non requirens, cuius fructus pariter 24. ducat, non excedunt sufficienter apparet respectu valoris ex taxa Beneficiorum facta per R. C. Apostolicam, & ex duobus Testibus formiter examinatis, Cum tamen ad dictum effectum qualibet leuis probatio videatur sufficiens *Garz. de benef. par. 6. c. 1. n. 167. Rot. coram fan. mem. Greg. dec. 78. n. 4. Causal. dec. 33. n. 3. Buratt. dec. 255. n. 3. & in recent. decif. 572. n. 4. par. 1. dec. 10. n. 5. par. 2. & decif. 512. nu. 1. par. 3. & fuit dictum in Placentina beneficij 15. Iunij 1648. coram me.*

8. Et quod sit Beneficium simplex non solum delimitur ex præsumptione iuris, quod omnia Beneficia reputentur simplicia Abb. in c. ecolentes circa finem de *stat. Monac. Rot. in recent. decif. 699. n. 3. par. 2. cum aliis adduct. in Leodien. beneficij 22. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Verospio*. Sed etiam ex pluribus Prouisionibus vt de simplici factis ad fauorem Canonicoꝝ cuiusdem Cathedralis, qui illud vna cum Canoniciate retinuerunt, & signanter, ex præsentatione, & nominatione vltimo loco emanata ad fauorem ipsius Coadiuti admissa etiam ab Ordinario, quæ beneficij qualitatem bene demonstrant *Bald. in l. si marer n. 3. C. de stat. defunct. Dec. conf. 126. n. 1. Rot. coram Seraph. dec. 1095. n. 3. decif. 1103. n. 5. & decif. 1120. n. 2.*

9. Non obstat quod in limine fundationis huius beneficij S. Secundi iniunctum fuerit onus celebrandi Missas, & inseruendi Ecclesiæ, quia cum illud possit adimpleri per substitutum, cessat obiectum incompatibilitatis vt dixit *Rot. decif. 155. n. 2. par. 4. rec. & in Regien. beneficij 9. Decembris 1639. coram R. P. D. Bichio*.

10. Minus facit quod Cancheranus prouisus fuerit à Sede Apostolica per obitū Coadiuti, & cum possideat, & habeat patrem Titulum dicatur legitimus Contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum. Nam cum titulus ipsius sit posterior in data non potest dici par, etiam si proueniat à Papa, vt firmat

manit Rot. in Gadice, Præfimonij 2. Decembris 1648. coram bononem, Arguelles; Inq. quia idem Cachetanus imperavit Canoniatum tanquam vacantem per obitum; Andreas verò per Coadiutoriam non dicitur habere patem titulum, Nam ad hunc effectum non sufficit quod titulus procedat ab eodem fonte sed debet esse eiusdem speciei et dixit Rot. dec. 700. n. 7. par. 1. rec. & dec. 641. n. 1. & per tot. par. 4. in Terulen. beneficij coram Litera post Marchel. de commiss. par. 1. fol. 374. sub n. 2. coram Duran dec. 430. n. 9. & 10. in Vices. parochialis 1. Junij 1643. coram R. P. D. meo Bichio, & in dicta Hydruntina Canonatus 25. Junij 1649. coram Eminentijs. Card. Oribobono.

11. Tandem pro parte Cachetani opponatur, gratiam coadiutorie non esse habendam in consideratione vti registratam post impetratas ab ipso literas, Nam ante registrationem non tribuit ius considerabile, cum sit in manu Papæ, & eius officialium illam non admittente, cassare vel lacerare, vt aduertit Paris. de resignat. lib. 2. g. 2. n. 7. & lib. 8. g. 7. n. 196. Gonzal. ad reg. gloss. 15. §. 2. n. 32. & 33. Galz. de benef. par. 4. cap. 2. num. 16. Sarnen. super reg. de iure quæstion. 101. g. 6. n. 2. & 9. 10. in fine Rot. dec. 91. num. 3. par. 1. diuers. super ita ead. par. dec. 101. in fine, & dec. 794. num. 2. & in rec. 68. n. 6. par. 1. Inde quia ante registrationem nullum ius considerabile tribuit, eius mentio, seu derogatio Regulæ de iure quæsto non tollit, necessaria non est vt inquit, idem Sarnen. super d. reg. quæst. 20. num. 3. vers. quia antequam.

12. Et licet replicetur ex aduerso supplicationem non apparere laceratam & potentiam lacerandi longè distat ab actu lacerationis ex adductis per Nau. conf. 504. num. 2. vers. non enim Rot. dec. 534. n. 3. rec. Tamen idem videtur esse quod Papa mandet supplicationem lacerari, & quod medio tempore alteri prouideat, nam prouidendo censetur implicite declarare, quod prima gratia non debebat habere effectum suum vt bene in simili ponderat Gabr. conf. 80. n. 19. lib. 1. Rot. dec. 791. n. 1. par. 1. diuers.

13. Huiusmodi fundamentum, quod plene, & concludenter ab allegante probari debet, deducebatur ex parca extracta ex libro registratoris, in quo supplicatio adnotata legitur de mense Martij 1650. & sic post obitum Coadiutori secutum de mense Nouembris 1649. & expeditas literas à Cachetano; sed talis probatio visa fuit Dominis non sufficere in presenti casu, quia descriptio in libro non concludit registrationem fuisse factam de eo tempore, quo repetitur adnotata, cum huiusmodi supplicationes non soleant semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses postquam in registro secreto fuerunt registratæ, vt deponit Laurentius Officialis publicus Datarie, & Registrator supplicationis controuersæ, qui cum fuerit ex aduerso inductus, & seru. seru. examinatus rectè probat contra inducentem Gabr. de Testib. conclus. 1. n. 14. Rom. conf. 104. sub numer. 6. Sard. dec. 184. num. 18. Rot. coram Seraph. dec. 295. num. 6. & coram Buratt. dec. 53. eod. n. 17. in Assisten. permissoria coram Manzanedo penes Cinc. de Consil. dec. 129. n. 2.

14. Vel saltem negari non potest quod attempta prædicta depositione probatio Cachetani remaneat turbida; Itaque non valeat retardare executionem anterioris gratiæ Apostolicæ ad fauorem Andrea; Rot. coram Buratt. dec. 805. num. 10. & in Eugubina pensionis coram Manz. apud Poss. de manut. dec. 109. n. 4. cum alijs per Marchel. de commiss. par. 1. fol. 121. n. 115.

15. Et simili responsione tollitur obiectum deductum ex partita libri Componendæ, nam in dicta partita concludit quidem tempus descriptionis non autem solutionis, cum possit esse quod Minister distulerit illam adnotare, quæ sola possibilitas efficit quod probatio

Tom. VIII.

non dicatur concludens Rot. in Concorden. Scholasticæ 13. Nouembris 1613. coram Pivouano, & in rec. dec. 413. num. 3. par. 1. Et cum vis consistat in tempore probatio debet esse concludens etiam respectu temporis cap. in presencia de probat. Rot. dec. 371. n. 3. par. 4. 10. 2. recent. in Abul. Portionis 14. Junij 1647. coram me, & in Meleutana Censur 13. Febr. 1650. coram Eminentijs. Card. Oribobono.

Et ita decimam partibus hinc inde informantibus.

DECISIO CXI.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Cels.

Placentina seu Abulcæ. Decimarum.

Luna 16. Maij 1651.

§. 1. Informantes pro Decano, & Capitulo Placentinæ, & Parocho de Paraleda, & lit. consorti. non renouabant in dubium quod testes pro Monasterio examinati concludenter probant immemorabile quasi possessionem percipiendi decimas in territorio de Alarza, sed excipiebant eosdem testes fuisse nulliter examinatos, & conuinci de mendacio ex quo territorium prædictum est de dominio Monasterij, & Monachorum Vallis Ecclesiæ, qui propterea non possunt ex eiusdem territorij fructibus decimas prætere, ne actio, & passio in eodem subiecto contra text. in d. l. Vranij. ff. de fideiuss. Rot. dec. 23. n. 2. par. 12. diuers.

2. Verum prædictis non obstantibus adhuc dd. præstiterunt in resolutis nam nullitas examinis deducta ex eo, quod Testes fuerint examinati eorum receptore recusato cessat per comparationes ex aduerso factas coram eodem per quas censetur à dicta reculatione recessum, & gratiam de offic. deleg. Abb. in c. cum speciali n. 12. in fine, ibique Franch. n. 47. vers. secunda esset, de appell. Butr. in c. ab Apostolica n. 6. de offic. deleg. in 6. Vin. com. opin. concl. 866. n. 22. vers. sed si post recusationem. Rot. in Teletana iurisditionis 24. Martij proximi. vers. coram R. P. D. Oribobono.

3. Et tamen recusatatio deducta data in summo. Capituli sub n. 8. non erat attendenda vti facta à Ioanne Serrano de cuius speciali mandato proeura non constat prout requiritur ad hunc effect. ad text. in l. non solum ff. de procur. Paris. conf. 311. n. 112. lib. 1. Rot. coram san. me. Greg. dec. 368. n. 1. ibique Add. n. 8. & in rec. dec. 440. n. 2. par. 2. & dec. 233. eod. n. par. 5. qua est Dur. dec. 178. n. 1.

4. Prætenso vero quod territorium controuersum sit proprium Monasterij Vallis Ecclesiæ, & proinde non possit idem Monasterium ex eo percipere decimas visa fuit dd. non reuelare, tum quia attempta immemorabili potest allegari particularis conuentio inter Monachos, & conductores de soluendo decimas contra ipsos exercere possit, Bald. in l. 1. n. 3. vers. nam ista ratio. C. de seru. & aqua. & conf. 24. in fin. lib. 4. Socin. conf. 86. n. 12. lib. eod. lib. Roland. conf. 66. n. 40. & seq. lib. 2. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 131. n. 44. Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 1. n. 6. 1. vers. item æquales.

5. Tum etiam quia illæ non percipiuntur ex bonis quæ proprijs manibus, & expensis coluntur, sed ex terris alijs locatis, & à conductoribus, & arrendatarijs detentis, qui procul dubio tenentur ad decimas gloss. in clem. 1. verbo excolendus de decimis; & in q. verbo coloma 16. q. 1. Abb. in c. qua nobis n. 13. de decim. Socin. conf. 932. n. 3. lib. 1. Rot. a. dec. 121. n. 5. par. 2. diuers.

6. Unde non applicatur regula quod actio, & passio non possint stare in eodem subiecto quia non agitur de portione, & parte dominicali spectante ad eosdem Monachos, sed de rata, & portione diuersa pertinente ad colonos laboratores, & arrendatarios, super qua ipsi decimam ad exerceri

H h